

Syrus interpres vocem אֲדָם exprimit per **ܘܕܐܰܕܰܡ**? Nonne  
 sing. M. cum præfixâ notâ Genitivi ? à rad. **ܘܕ** petiit. Re-  
 spondet Ebr. **אֲדָם** quæ vox non tantum *infernum*, sed & *sepul-*  
*chrum* significat, perinde ut **אדם** Græcorum. Confer prolixè hac  
 de re differentem Dilherrum *Eclog. S. p. 94. seq.* Dn D. Geierum *Com-*  
*ment. in Proverb. p. 33. & in Cohel p. 355.* Dn D. Quensted *Colleg.*  
*Bibl. MSS. in loca difficil. V. T. Loc. V. ex Gen. 37. v. 35.* Sixt. Amamam  
*Antibarb. Bibl. pag. 271.* D. Lucium *in Apocal. pag. 444 b.* Athhoff *Harm.*  
*Evang. p. 1238.* inpr. B. Gerhard *LL. CC. T. 9. de inferno c. 1. §. 3. p. m. 180. b.*

**ܘܕ** ] Non, adverbium *negandi*, interdum & *corrigendi*, ubi ni-  
 hil negat, ut Joh. VII. 16. *Doctrina mea non est mea*, scilicet ut vos  
 putatis, mea tantum, h. e. à me conficta, conf. Joh. XII. 44. c. XIV.  
 24. *interrogandi* pro nonne, ut **ܘܕ** Ebr. pro **אֲדָם** 1 Cor. XII. 15. an  
 propterea non est ex corpore? Joh. IX. 8. *Nonne hic est?* Aliquando  
 est *nota comparativi gradus* Matth. IX. 13. **εἰς ἄλλων θελων, καὶ ἔ**, id est  
**μᾶλλον ἡθυσίαν**. Syrus *negandi* particulam **ܘܕ** vertit per **ܘܕ**  
 Ebr. **אֲדָם** Chald. **ܘܕ**

**κατιχύσσειν** ] *prævalebunt*, *superabunt*, *evertent*, *vincent*,  
*opprimunt viribus suis*. Ita loquuntur LXX Græci, Jerm. XV. 18.  
**יִשְׂרָאֵל טִי עִי לֹוּפְיִנְטִים מֵי קַטִּיחֻסֻסִים** i. e. *ut quid illi qui me contri-*  
*stant, prævalent adversum me?* Sap. VII. 30. **σοφίας ἔκατιχύσει κα-**  
**κία**, *sapientiam non superabit malitia*, Act. XIX. 15. Verbum hoc  
 compositum separatim legitur **ἴχυσεν κατ' αὐτῶν** *superavit eos vel in-*  
*valuit contra eos*. Conf. Dn Dilherr. p. 114. Maldonatus verbum **κα-**  
**τιχύσειν** h. l. cū Ebr. **אֲדָם** minùs commodè comparat Respondet enim  
 potius verbo **יָדָם** Nam **ισχύς** est **יָדָם** vid. Casaub. l. c. p. 336. b. Sy-  
 rus adhibet verbum **ܘܕܐܰܕܰܡ** (chald. **ܘܕܐܰܕܰܡ**) *prævaluit, potentior*  
*fuit*, in fut. Peal cum suffixo 3. Personæ (*prævalebunt illi*) Conf.  
 Dn. D. Gejerus *in Dan. p. 567.* & Dilherr *Eclog. S. p. 86.* Innuitur  
 igitur hâc locutione cum irrita Diaboli impugnatione, & turpis cum  
 confusione recessio, tum fortissimum & inexpugnabile Ecclesiæ,  
 Christo immotè insistentis, robur, quo insidias ac oppugnationes  
 Satanicas superat, in Christo mundum vincit, lætaq; tandem perpe-  
 tuos aget triumphos Ps. XLVI. 5. *de conservatione certissima.*

C

ΑΥΤΗΣ